

Epistola S. Pauli Apostoli ad Romanos. (dividitur a P. Merk)

1, 1-17 Exordium, propositio (Cf 1, 16 s)

1, 18 - 3, 20 Omnes homines, gentes et Iudei, indigent iustificatione

3, 21 - 4, 25 Iustitia ex fide in Iesum Christum.

5, 1 - 8, 39 Iustitiae virtus et efficacia.

Pax cum Deo et spes salutis, 5, 1-11

Peccati primitivi deletio, 5, 12-21

Liberatio a servitute peccati, 6, 1-23

Liberatio a servitate legis, 7, 1-25

Filiatio divina, certa spes gloriae, 8, 1-39

9, 1 - 11, 36 Dei providentia erga populum Israel: Dei libera electio, Dei sexveritas et bonitas

12, 1 - 15, 13 Monita et praecepta

Fidelitas et modestia, 12, 1-8

Caritas 12, 9-21

Subiectio, 13, 1-7

Dilectio et spiritus Christi, 13, 8-12

Infirmi et fortes, 14, 1 - 15, 13

15, 14 - 16, 27 Epilogus

Apostoli excusatio et propositam, 15, 14-33

Salutationes et ultimae monitiones, 16, 1-24

Doxologia, 16, 25-27

Opus salutare.

1. Est "cogitare vel eligere bonum aliquid quod ad salutem pertinet." DB 180 (Araus. II, can. 7). Cf. ibid. can 6; DB 179.
2. Dupliciter aliquid ad salutem pertinet:
a disponendo ad iustificationem, DB 798, 813
b merendo vitam aeternam, DB 842 (cf DB 803, 809 s)
3. Praescinditur a quaestionibus circa naturam istius pertinentiae.
a utrum dispositio sit physica an moralis, utrum sequatur naturam operis an tantum ordinationem divinam, utrum habeat rationem meriti de congruo
b similes quaestiones relate ad opera de condigno meritoria, scil. in quo consistat ratio meriti, utrum habeat fundamentum ontologicum an sit tantum ex ordinatione divina, etc.
4. Supponitur pertinentia positiva. Cf. DB 179, 813.
Non ergo agitur de honestate naturali quae est tantum removens prohibens.
Alia tamen thesi postea probabitur integra honestas naturalis haberi non potest diu sine gratia Dei.

Gratia interna:

Gratia: donum homini indebitum a Deo collatum

Non agitur de gratia reduplicative, scil. qua gratuita; de hac ratione postea in thesi speciali (Bleau 10)

Neque agitur de ratione cur gratia sit gratuita, de gratia qua supernaturali, de gratia qua indepita nobis filiis irae.

Neque agitur de gratia intrinsece, scil. utrum sit donum habituale an transiens, actus deliberatus an indeliberatus, vitalis an non-vitalis, etc., *utrum singula gratia pro singulis operibus*

Sed agitur de gratia inquantum est principium relate ad opera salutaria perficienda, de gratia qua auxilio, adiutorio.

Cf. DB 103 (136): Gratia non solum respicit remissionem peccatorum praeteritorum sed etiam est adiutorium contra peccata futura.

Non tamen qua adiutorium necessarium ne peccemus: de hac necessitate postea, Bleau thes. 5-8.

Sed qua adiutorium necessarium ad opus salutare perficiendum. 06 811-813

Interna: In homine intrinsecus recepta, et quidem in potentibus superioribus intellectus et voluntatis.

Opponitur incarnationi, revelationi, praedicationi, ecclesiae, sacramentis, exemplis SS., imo gratiis in parte sensitiva receptis.

DB: 180 "absque illuminatione et inspiratione SpSi"

DB 104 (137): non tantum revelatio et aperitio intelligentiae mandatorum ut sciamus

Absolute necessaria: sine ea homo non potest opus salutare perficere.

DB 105 (138) non per gratiam iustificari ut facilius possimus
sed ut simpliciter possimus

DB 812 idem sed latius uti videtur "iuste vivere et vitam aeternam
promereri"

Non sufficiunt:

a vigor naturae DB 180

b humanae naturae vires DB 811

c Legis doctrina DB 811

d "quod revelatur et aperitur intelligentia mandatorum" DB 104 (137)

Thesis non statuit cur gratia sit necessaria ad opus salutare,
sed factum determinat quod gratia est necessaria.

Quare ex SS et PP et CC non requiritur probatio quod gratia
est supernaturalis, quod opus salutare est supernaturale.

Requiritur et sufficit probatio quod sine gratia homo non
potest facere ullum opus ad salutem pertinens.

Nota: De fide definita. Araus. II, DP 180; Trid. DB 811-813.

Adversarii: imprimis Pelagiani (Pelagius, Caelestius, Julianus).

Pesch describit: V, 39 ss; §73 ss.

Admittebant aliquam gratiam sed non sensu proprio.

Deus dedit homini naturam, libertatem, et ideo posse facere bonum, posse implere mandata, posse vitare peccatum. Hoc posse est gratia a Deo sine nobis.

Deus etiam dedit legem, doctrinam; ostendit quid facere debeamus. Ergo gratia externa habetur.

Disputatur utrum admiserint gratiam internam in intellectu: si admittebant, tamen certo non ad simpliciter posse sed tantum ad facilius posse.

Semper negabant gratiam internam in voluntate, quia non potest componi cum libertate. Ita Lennerz, p. 161

Semi-Pelagiani.

Joannes Cassianus, abbas S. Victoris, Massiliae in Gallia.
Lennertz, p. 13 ss. Collatio XIII De Protectione Dei, ML 49 897ss

cap. 11 (ML 49 922 ss, cf 928, 930)

"Si enim dixerimus nostrum esse bonae principium voluntatis, quid fuit in persecutore Paulo, quid in publicano Mattheo, quorum unus crux ac suppliciis innocentum, alius violentis ac rapinis publicis incubans attrahitur ad salutem? Sin vero gratia Dei semper inspirari bonae voluntatis principia dixerimus, quid de Zachariae fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicimus, qui desiderio suo vim quamdam regnis caelestibus inferentes, specialia vocationis monita praevenerunt"?

Etiam Vincentius Lirinensis, Faustus.

Initium fidei, desiderium salutis. Lennertz p. 162

Comparatur iustificatio impii ad sanationem aegroti.

Tota aegroti sanatio est a medico et a mediis a medico adhibitis. Sed antequam medicus curam incipit, aegrotus debet miseriam suam agnoscere, sanationem desiderare, auxilium medici implorare.

Similiter, saltem communiter loquendo, peccator propriis viribus suam miseriam agnoscere, salutem desiderare, in Xtm credere, in quoque confidere et auxilium divinum implorare.

Si haec facit, Deus sanationem incipit. Sin autem non facit, sibi ipsi adscribere debet quod gratiam non accipit

Contra egit Augustinus duplici opere

a De praedestinatione sanctorum, ML 44, 959; R 1978 ss

b De dono perseverantiae, ML 45, 993: R 1992 ss

Inter 1230 et 1260 in 1270 scholasticis medicinales taban
notae necessitatim gratiae pro manutentem habitus super naturalis
explicare conabuntur. Unde non distinguunt inter praeventionem
guaradem seu operalem sed exterioram, et gratiam interioram ante
iustificationem.

Aquinus 2&26 q1 a6 Una H gracia q. 2d 28 q1 aa 1-4; De Ver, 24 cult-15
De Ver 127 a5 Multiplex q. De Ver q. 24 c 12 - need "seam"
Chest 3, 149 Praeveniens.
Durde I, 7 et interiora (in intellectu)
J-J q9 a6 ad 3m; q109 ab; q111 a2; E, 95, 5

Io. 15, 5

Ego sum vitis vos palmitas; qui manet in me et ego in eo,
hic fert fructum multum; quia sine me nihil potestis facere.

a Agitur de vita nostra supernaturali in Xto.

cf. Io 6, 54-59

Eph. 2, 1-5

b Statuit necessitatem absolutam et universalem: "sine me nihil"

cf. DB 105 (138), 135, 180. Aug. R 1835.

c Agitur de positivo influxu: DB 197

d Agitur de gratia interna: ex natura parabolae

e Proxime respicit opera meritoria (fructum ferre); sed a fortiori valet necessitas circa eos qui nondum sunt iustificati, cum Xto coniuncti.

2 Cor 3, 5.

Non quod sufficientes simus cogitare ali uid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia (idoneitas) nostra ex Deo est.

sufficientes, 'ikavoi, 'ikavotns: potentia proxima cogitare aliquid: alii plena generalitate hoc intelligunt, alii restringunt ad excogitandas rationes praedicandi

Paulus accusatus arrogantiae et superbiae, primo asserit se epistolis commendatiis non indire, epistolam suam esse cor et vitam xtianam ipsorum Comtrointhiorum, deinde asserit se tantam habere fiduciam in suo apostolatu, non ratione sui ipsius sed ex Deo ex quo sufficientia ad cogitandum.

Cogitare aliquid debet plena universalitate intelligi:
a ita DB 180 (Araus. can. 7)

b ita Aug. R1980, cf. R 1938.

c ex ipso textu: nam statim addit tamquam casum particularem "qui et (kai) idoneos nos fecit ministros novi testamenti"; quare haec specialis idoneitas non potest esse sensus prioris generalis idoneitas ad aliquid cogitandum.

Phil., 2, 12 s.

Cum metu et tremore vestram salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate.

cum metu et tremore: cum religiosa sollicitudine satisfaciendi suo officio suaeque conscientiae (cf Zorrell, trómos) salutem operamini: scil. facite actus salutares velle et perficere: et ipsa bona voluntas et eius exsecutio pro bona voluntate: scil. Dei
sensus non est Deum operari secundum nostram bonam voluntatem sed sensus est Deum operari secundum suam benevolentiam erga nos eudokia, beneplacitum, good pleasure si tota res penderet a nostra bona voluntate, a nostro beneplacito, non haberetur ratio cur cum metu et tremore operemini operemur.

DB 141, clare alludit

DB 177, citatur demonstrando Deum praevenire

DB 806, citatur et explicatur

DB 832, applicatur ad perseverantiam (non citatur)

Actiones nostras quaesumus De aspirando praeveni et adiuvando prosequere, ut cuncta nostra operatio oratio et operatio a Te semper incipiat et a Te coepita finatur finiatur. DB nota ad 806.

Aug. R 5054 1942

Aquinas: a analysis actus voluntatis in ordine naturali; b in ordine supernaturali

Solus Deus operatur volitionem finis; Deus et nos operamur volitionem mediæ (cause causæ est causa causati)

eudokia (Zorrell q.v. p. 227) Non occurrit nisi in LXX et NT.

uper (p 585; I, 3, b) "propter" "amore personæ vel rei impulsus"
scil. Phil. 1, 29; 2, 13; et alibi q.v.

propter suam benevolentiam in vos manifestandam
ut vobis concilietur suum beneplacitum

ex benevolentia

ut sitis homines quibus Deus Bene vult, quibus irasci desinit

ut sitis homines in quibus regnat beneplacitum divinum

Io. 6, 44

Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum.

Interpretatio authentica invenitur ibid. vv. 65 s. "Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus qui essent non credentes et quis ~~ex~~ traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo."

Cf. Mt 16, 16 s: "Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei vivi. Respondens autem Jesus dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona: quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est."

a In textu agitur de fide: ex vv. 65 s.

b Agitur de necessitate absoluta: "Nemo potest"

c Agitur de gratia, i.e. adiutorio divino: "Pater traxerit"
"datum a Patre meo"

d Agitur de gratia interna:

quia non omnes credunt ex sola praedicatione Xti (v. 65)
ideo quia eis non datum est a Patre (v. 66) dono quodam secreto
a DNI C revelato ad explicationem incredulitatis.

prædictio Xti est una causa; hanc Patris est alia causa necessaria at
quidem distincta a prædictione
hanc hanc a Patre est donum scriptum, a Xti oratione, prædictione
exterae corporis, a prædictione malitiæ distinctionem quia corporis.

Qui simpliciter unum potest, incepere non potest
Ita qui secundum tractationem utram Patris nomen hunc simpliciter non potest scribere
Ergo siue auxilio interno hunc unum potest incepere fidem ne dividim solent.

I Cor 4, 7

"Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?
Si autem acceperis, accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis."

a In textu directe agitur de donis naturalibus: factionum
duces inflabantur non donis supernaturalibus sed naturalibus;
contra hanc inflationem arguit Paulus.

b At si valet de donis naturalibus, a fortiori etiam valet
de donis supernaturalibus.

c Et ita communiter a PP in controversia Pelagiana interpretatur.

Aug. R 1981, 1982
Araus. can 6, DB 179

PP.

Ante exortam haeresin Pelagianam, PP. magis insistebant in defendenda libertate humana neque ex professo de necessitate gratiae tractabant. Tamen citari possunt:

R 809 Cyr Hier
1003 Greg Naz
1153 Chrys
1177 Chrys
1302 Ambr
2004 Aug
2034 Prosper Aq
2200 Leo Magnus
2272 Fulgentius

Ulterius R ser 308, 314.

Argumentum ponitur directe relate ad omnem actum salutarem; valet pariter de initio fidei et de desiderio salutis; valet pariter de homine habitibus supernaturals instructo, nam habitus sunt tantum actus primi et principia passiva, neque ulla creatura est proportionata ad productionem actus secundi (v.g. intellectus agens).

Ratione theologica.

et liberum

Ad omnem actum supernaturalem requiritur gratia interna.

Atqui omnis actus salutaris est supernaturalis et liber.

Ergo ad omnem actum salutarem requiritur gratia interna.

Ad maiorem:

et liberum

Ad omnem actum supernaturalem requiruntur apprehensio veri supernaturalis et volitio boni supernaturalis.

Atqui eiusmodi apprehensio et volitio vel sunt vel supponunt gratias internas.

Ergo ad omnem actum supernaturalem requiruntur gratiae internae.

haec maior:

sine apprehensione alicuius veri et volitione alicuius boni non potest haberi actus liber

nisi verum apprehensum et bonum volitum sunt supernaturalia, actus non potest esse supernaturalis (specificatio ex obiecto)

haec minor: per partes.

apprehensio veri supernaturalis est vel supponit transitum nostri intellectus ad a vero sibi proportionato ad verum supra propriam proportionem

atqui eiusmodi transitus a solo Deo intrinsecus in intellectu operante perfici-potest et aliquod fidei lumen infundente perfici potest

ergo apprehensio veri supernaturalis est vel supponit gratiam intellectui internam

volitio boni supernaturalis est vel supponit volitio finis supernaturalis

atqui omnis volitio finis a Deo solo quoad exercitium efficitur, et omnis volitio finis supernaturalis a Deo gratuito agente efficitur.

ergo omnis volitio boni supernaturalis est vel supponit gratiam voluntati internam.

Ad minorem: per partes.

est supernaturalis: nam postea probabimus actum naturalem et honestum non necessario requiri gratiam requirere.

est supernaturalis: ex consideratione et analysi actuum qui enumarrantur in conciliis et patribus tamquam ~~sup~~ salutares, nempe, credere, poenitere, orare, desiderare salutem, sicut oportet, sicut expedit, etc.

est liber: ex consideratione actuum de quibus erat quaestio; praesertim, ex eo quod Pelagiani hos actus soli libero arbitrio attribuere solebant.

Obiectiones (Lennerz p. 175)

1. Ex variis locis SSer.

Prov 16, 1: hominis est animam praeparare

Prov 16, 9: cor hominis dipsonit animam suam

Zach 1, 3 : convertimini ad me, ait Ds exercituum, et convertar ad vos

Mt 7, 7 : petite et dabitur vobis; quaerite et invenietis; pulsate
et aperietur vobis.

Act 16, 31: Crede in Dm Iesum et salvus eris tu et domus tua

Rom 7, 18 : velle adiacet mihi; perficere autem bonum non invenio.

R. Trid. DB 797

Conversio non fit sine libera cooperatione hominis, C (qui
creavit te sine te, non iustificabit te sine te, Aug)

Haec libera cooperatio non causatur a Deo et gratia, N.

2. Ex exemplis Zachaei, boni latronis, Cornelii centurionis.

R. Aruas II; DB 200 ad fin.

3. PP ante haeresin Pelagianam videntur fuisse pelagianni vel semi-
pelagianni.

R. Petavius contradictorium demonstravit (De Deo lib 9 cap 4 s)
Aug R 1228: "vobis nondum litigantibus securius loquebatur"

De dispositione ante iustificationem.

a Est meritum de congruo. Lennerz p 148 ss.

Sententia communior affirmat sine distinctione. Billuart cum distinctione quae-videtur-instatilis: aliud meritum de congruo fundatur in ~~ixxx~~ iure amicabili, aliud non; et huiusmodi est dispositio ante iustificationem.

Fundamentum invenitur in dictis PP. Lennerz citat Hier. Ambr. Aug. Cf. Aug. R 1450, 1827 (cf 1446) arguens de merito eius publicani qui dimissis oculis orabat "De, miserere mei, propitius esto mihi peccatori."

Trid. non loquitur de merito de congruo, sed minime excludit uti ex historia concilii elucet. DTC 10 740 ss.

b Est dispositio moralis ad iustificationem.

Ita communiter omnes theologi. Scil. qui credit et poenitet, disponitur ad unionem voluntatis cum Deo.

c Est dispositio physica ad iustificationem.

Quaestio disputatur inter TT.

Videtur dicendum quod non est dispositio physica ad gratiam sanctificantem quae recipitur in substantiam animae (hae enim dispositiones recipiuntur in potentiis int et volunt).

Sed tamen est dispositio physica ad gratiam sanctificantem prout est principium communicationis vitae divinae exserens habitus et dicens ad actus in potentiis.

NB. Dispositio physica et dispositio moralis non multum inter se differunt quantum attinet dispositiones in intellectu et voluntate receptas. Int et vol sunt physica principia moralium; actus qui sunt morales primo et per se int et vol insunt.

d Est dispositio non proxima sed remota ad iustificationem.

Proxima exigeret iustificationem; remota disponit quin exigat. Conveniunt theologi, uti videtur, proximam dispositionem esse caritatem; alii cum S. Thoma ponunt caritatem tamquam effectum infusionis gratiae habitualis; alii contra affirmant caritatem proxime antecedere infusionem. Vide Beraza §672, p. 612 ss.

Non omnia opera infidelium et peccatorum sunt peccata.

opera: actus humani

infidelis: qui non habet fidem spntlem (actu vel habitu)

peccator: qui non habet gratiam sanctificantem

qui habitualiter aversatur a Deo fine ultimo

peccatum: violatio legis divinae, offesa Dei

Agitur in thesi de peccato formalis.

Agitur tam de quaestione iuris quam de quaestione facti:
quaestio iuris, utrum eo ipso quod quis fide vel gratia sanctificante caret, non sequitur omne opus esse peccatum formalis;
quaestio facti, utrum de facto sint opera infidelium et peccatorum
quae peccata non sunt.

Attamen si stabiliri potest de facto esse opera infidelium
et peccatorum quae non sunt peccata, eo ipso resolvitur quaestio
iuris.

Proinde factum est de fide definita: actus salutares
ad iustificationem disponentes non sunt peccata. DB 798, 818 of 818 s.

Tripliciter hac in re erratur.

Primo modo novatores (Wiclef, Hus) Lutherus, (Calvinus)

Hi negant vel iustificatos ~~et ex gratia~~ facere bona opera.
Credunt enim naturam humanam peccato originali esse penitus
corruptam, iustificationem vero non esse donum intrinsecum
sed fidem fiducialem circa iustificationem extrinsecus imputatam;
unde etiam si hominis peccata remittuntur, tamen omnia opera
sua sunt peccata et ~~et~~ quidem formalia

Thesis non asserit bona opera infidelium et peccatorum
fieri sine aliqua gratia actuali.

Adversarii:

a Lutherus DB 742, 748, 771 s., 775 s.

Omnia opera hominis lapsi sunt peccata: post remissionem peccatorum, manet concupiscentia qua omnia opera inficiuntur; sed peccata non iustificati imputantur, peccata iustificati non imputantur; ipsa iustificatio non est donum receptum sed extrinseca imputatio meritorum Xti tegens peccata.

A fortiori actus disponentes ad iustificationem sunt peccata et quidem imputata.

Similia apud Melanchthon, Calvinum. Vide Beraza §311, p. 286 f. Oppositum definitum, DB 798, 817 cf 818 ss.

b Baius, Quesnellus

Negatio supernaturalitatis: DB 1009, 1021, 1023 s., 1078, 1384 s.

Negatio libertatis post peccatum Adae: DB 1039, 1041 1066, 1388 s., 1371.

Aut caritas aut cupiditas: DB 1034, 1038, 1040, 1394, 1395.

omnia opera peccatorum sunt peccata: DB 1035, 1025, 1068, 1020, 1409

Attamen notate sensum Baii in nomine peccatoris: peccator non est idem ac is qui non habet gratiam sanctificantem DB 1042, 1069; neque peccator est idem ac is qui non habet caritatem perfectum, DB 1031 s., 1070, 1033, 1071; sed peccator est qui non habet/remissa 1031 caritatem dominantem DB 1043; peccator non est qui habet peccata non

Propositiones respective damanatae.

Nota opposita, theol. certa, quia systema includit haeresin.

c Jansenius

Homo lapsus semper sequitur maiorem delectationem; sed est liber, nam sufficit libertas a coactione DB 1094

Maior delectatio ad bonum est gratia, quae non datur infidelibus (cf 1096)

Clarius quam Baius, Jansenius admittit bona opera peccatoribus inesse posse.

d Augustinienses

Admittunt opera peccatorum et infidelium aliqua esse posse esse bona ratione obiecti. Afferunt ea esse peccata ratione finis, quia in infideli vel peccatore dominatur aversio a vero fine ultimo.

Alii Augustinienses mitiores, uti Berti, distinguant inter quaestionem speculativam et practicam. Scdm Berti speculative potest peccator vel infidelis ponere opus bonum atque ratione finis, sed practice sine adiutorio gratiae non potest.

Distingue:

a Omnia opera infidelium et peccatorum sunt peccata quia etiam iustorum sunt peccata. Lutherus.

b Omnia opera infidelium et peccatorum sunt peccata propter quod peccator est sine dominante caritate, et sine dominante caritate non fit nisi peccatum. Baius.

c Omnia opera infidelium sed non omnia opera peccatorum sunt peccata. Jansenius.

d De facto dari possunt gratiae actuales infidelibus et peccatoribus; quare non omnia opera eorum sunt peccata. Tamen sine adiutorio gratiae, saltem practice non evitatur peccatum non ratione obiecti sed ratione finis.

d Augustinenses (schola catholica non damnata).

Admittunt opera peccatorum et infidelium possunt esse bona ratione obiecti, ratione finis operis, ratione finis operantis proximi, sed non ratione finis ultimi (saltem practice scdm mitiores, uti Berti)

Sed non dicunt hunc defectum esse peccatum mortale.

Neque dicunt Deum negare gratiam omnibus peccatoribus et infidelibus ne hic defectus evitetur.

Sed dicunt ḡ Deum numquam concedere gratiam necessariam (caritatem imperfectam) infidelibus qui s̄iū ignorant verum Deum neque communiter concedere istam gratiam infidelibus qui verum Deum agnoscent.

Quare tum de iure tum de facto "omnia opera quodcumdam infidelium sunt peccata."

Nota.

a Quoad peccatores. De fide definita, DB 817

b Quoad infideles. Theologice certa: nam actus ad initium fidei sunt ex gratia ideoque boni et non peccata; etiam actus ad initium fidei elicuntur ab eo qui adhuc non est fidelis.

Vel de fide ex SSGr.: inq SSGr hortatur infideles ad paenitentiam, laudat eorum actus, etc.

c Quod nullus est infidelis in quo actus boni inveniri non possunt. Moraliter certa; x ex thesi quarta.

Augustinus docet omnia opera infidelium esse peccata.

1. Factum est admittendum

De gestis Pelag c 14 n 34 ML 44 341 CV 42-80
C Julianum lib 4 c 3 ML 43 743-56

2. Sensus non est Iansenisticus "omnia opera infidelium esse peccata formalia personalia" nam usque ad finem Aug admittit bona opera in infidelibus. Vide Lange §§99-101

R 1528 1733 z 1973

3. Variae sunt opiniones de mente Augustini. Lange §108 s.

a Prot., Baiani, Iansenistae, Augustinenses interpretantur de peccato vero, proprio, personali quod novam peccatum meretur.
Obstat quod supra citavimus sub 2.

b Suarez, Bellarmino, Habert, Perrone, Kleutgen, alii Aug loquitur de communiter et fere semper contingentibus.
Obstat C Julianum ubi omnis possibilitas actus non peccaminosi negatur.

c Aquinas II-II 23 7 lm
Agitur de infidelitate qua tali; actus ordinatus in finem infidelitatis est peccaminosus.
Aug hoc non dixit; et Julianus hoc admisisset.

d Aquinas II-II 10 4 lm
Sine fide non tolluntur peccata.
Sed non satisfacit textibus; non eruitur e textibus.

e Ripalda
Numquam fit actus mere naturaliter honestus; Deus dat saltem fidem late dictam, concursum supernaturalem, in omni casu in quo infidelis bene operatur
At supponit Augustinus quod in casu non habetur gratia salutaris Xti.

f Moraines, Alzog, alii
Rhetorice et polemice loquens exaggerat.
Quamvis stilus talis multa explicat, non tamen omnia. Praeterea Aug suam doctrinam tamen dogma catholicum propugnat, ab ecclesia suscipitur. Araus. can 22

g Dom Soto, Bellarminus
Agitur de peccato late dicto, sensu improprio et translato. *actus defatigans*
sunt peccatum
Sed Aug reicit distinctionem Juliani inter opera bona fructuose *enfractu* et steriliter; negat steriliter bona et dicit peccata.

h Passaglia, Hurter
Agitur de peccato vero sed mere materiali.
Scdm Aug vere imputatur.

i Ernst (similiter apud Beraza §327s; praeludunt Aq et Andreas Vega)
Vide Aq. I-II 89 5 c 1m 3m; Quod 4 22; De malo q 7 a 8.
Vega Trid Decr de Iustif Expositio, lib 14, c 19, prop 1ç
Peccatum originale est verum peccatum, peccatum formale, non poena tantum sed etiam culpa. Non tamen est peccatum personale sed analogum ad peccatum personale.

Sensus Augustini est omnes infideles teneri ad rectitudinem spntlem, peccato vero formaliter propriè dicto sed analogo non ita agere

Obicitur Beraza §317 p 291 ss.

1. Mt 7 17 s Sic omnis arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.

Arbor mala est peccator, qui non potest non peccare.

a Retorquendo: a pari arbor bona est justus qui ideo non potest peccare; sed iustus potest peccare DB 805 833

b Xitus loquitur proverbialiter et ideo de communiter contingentibus.

c Si stricte sumitur "non potest" etiam stricte sumi debet "mala"; peccator agens qua peccator peccat, quamvis potest agere qua homo et non peccare; iustus agens qua justus bene facit, quamvis potest peccare.

2. Prov 15 8: Victimae impiorum abominabiles Domino; vota iustorum placabilia

/Ier 7 4-11

R. Ex statu offerentium, N; ex intentione offerentium, C. Cf Is 1 15

3. Io 9 31: Scimus autem quia peccatores Deus non audit.

R₁: Textus quoad contentum non inspiratus: dicutum a caeco nato, non a Deo vel Xto vel evangelista.

R₂: non audit ad miracula patranda, Transeat; nullo modo, N.

4. I Io 2 16: Quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et superbia vitae

R. Agitur de fontibus peccatorum: luxuria avaritia superbia

Concedimus: a obiecta mundana ad haec reduci; b affectus mundanus ad haec reduci; c hominem mundanum, non qua hominem et liberum sed qua mundanum, his regi.

Negamus peccatorem qua hominem in omni actu his regi.

5. Aug R 1943 "si fiat sine caritate, nullo modo fiat bene"

R. Salutariter, C; bene ethice, N

6. Aug R 1763 "Fecerunt itaque civitates duas amores duo"

R. Sicut non omne opus iusti est bonum, ita non omne opus peccatoris peccatum

7. Deut 6 5; Mt 22 37 "Diliges Dm Deum tuum..."

Scdm Aug (ML 44 297) et Aq (II-II 23 4 2m) hoc praeceptum se extendit ad omnem actionem; ideo omnis actio ex caritate Dei fieri debet. (Contra solut: praeceptum positivum valet semper non pro semp

R. Sese extendit ad omnem actionem, negative inq nulla actio contra caritatem est bona, C, positive, sub-dist

finaliter, ut finis omnis praecepti est charitas (1 Tim 1 5), C effective, ut omnis actio effici a caritate debet, N

Cf. Aug ibid; Aq ibid ad 3m.

Objectiones Beraza §325 p 299 ss.

1. Rom 14 23: Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

R. Ex dictamine conscientiae, C; ex fide theologica, N. Hoc certum
est contextu. Scilicet non licet violare conscientiam fratris credentis
cibam quemdam esse vetatum.

2. Hebr 11 6: Sine fide impossibile est placere Deo

R. Persona sine fide, C; opus non ex fide, sub-d, non salutare, C,
non ethice bonum, N

3. Tit 1 15: Omnia munda mundis; coquinatis autem et infidelibus
nihil est mundum, sed inquinatae sunt eorum mens et conscientia

R. Iudaizantes et infideles, quia superstitiose et iudaica vel
haeretica conscientia his vescuntur his abstinent, in utroque
casu male agunt, scilicet ex prava opinione. Ita Aug 42497

Vazquez et Ripalda

Actus naturaliter honesti. (Bene exponuntur a Schiffini §§100 ss)

Gabriel Vazquez, (ob 1604) ut explicet doctrinam SS Aug et Thomae,
In I-II, tom 2, disp 189 et 190 (Lugduni anno 1520, pp 288-356)

docet

cogitationem congraam necessario praecedere omne opus bonum
hanc congruitatem esse gratiam Xti sed entitative naturalem

eum sequuntur aliquatenus (Lange §120, nota)

Portalis, DTG 1, 2386 s

Schiffini, §§100-107 "Qui pauca scit, facile affirmat" sed magis
Ripaldae quam Vasquezii sententiam favet.

conceditur cogitatio congrua praecedere bonum opus, ex providentia
divina haberet, sed negatur esse gratia stricte dicta; addendum
quod mihi videntur male fontes intelläxisse

Ioannes Martinus de Ripalda (ob 1648) aliter explicat veterum dicta

a ex natura rei ad opus naturaliter honestum nulla gratia necessaria
b ex positiva lege divina nullum opus sine gratia supernaturali
fit bene

ideoque non ex naturali necessitate sed ex necessitate historica,
decreto divino, non fit opus moraliter honestum quod non est
ex adiutorio supernaturali

De ente supernat lib 1 disp 20; lib 5 disp 114 sect 13 n 110 ss)

Potest homo lapsus ponere actus naturaliter honestos sine auxilio gratiae.

Ex doc eccl

Respective damnantur

1037: Cum Pelagio sentit qui boni aliquodd naturalis, hoc est quod ex naturae solis viribus ortum dicit, agnoscit.

Dices: nihil sequitur nisi quod non sumus Pelagiani.

Resp. si intentio ecclesiae erat docere quid docuerit Pelagius, C si intentio ecclesiae erat defendere veritatem contra Baium, N

.1352: Iesu Xti gratia, principium efficax boni cuiuscunq; generis, necessaria est ad omne orus bonum.

1390: Sine gratia nihil amare possumus nisi ad nostram condemnationem.

Dannatur ut falsa

1524: inter dilectionem divinam quae nos perducit ad regnum et dilectionem humanam illicitam, non daretur dilectio humana licita quae non reprehenditur

Ex PP.

1. In Rom 2, 14: "phusei" si stricte ad intentionem Pauli sumitur, non necessario dicit plus quam exclusionem legis revelatae.

Tamen a PP (Orig, Chrys, Hieron [Boyer p 64]) intelligitur eo sensu quod "sine auxilio gratiae"

Pelagianum non est dicere "sine gratiam fidei" DB 1022

2. Augustinus: admittit hanc interpretationem R 1733 quamvis non praefert.

3. R series 309: 1162 1528 1733 1809 1905 2244 2272

Ex TT

Est communior sententia, paucis obstantibus. Pesch §124.

Ex ratione.

Si non posset, impotentia esset vel physica vel moralis. Atqui neutra.

Non physica, quia actus naturaliter honestus non est supernaturalis.

Non moralis, quia sunt actus naturaliter honesti et faciles

Obicitur: homo sine gratia non potest ponere actum bonum moraliter.
Beraza §346 p 317 ss.

1. Jo 15 5: sine me nihil potestis facere; ita Ripalda
R. Scdm communem opinionem agitur de supernaturalibus actibus, de
fructu in Xto ferendo, imo de actibus meritoriis.

2. Araus can 22 DB 195 "Nemo de suo/habet nisi mendacium et peccatum."

R. Multipliciter interpretatur.

a Praetermittuntur opera naturaliter bona vel ex suppositis unrinque
acceptis in controversia cum Pelagianis, vel quia tam sunt rara
ut parvum pro nihilo habeatur.

b Nemo de suo, i.e. tamquam de primo principio

c Nemo sine gratia, et tunc opera naturaliter bona sed supernaturaliter
defectiva reputantur peccata propter culpam in Adamo

Vide folia p. 33

Vide J de Blic Sur le canon 22... Greg 7, 1926, 396-401.

3. Araus can 9 DB 182: "Quotidens enim bona agimus, Deus in nobis
atque nobiscum ut operemur operatur." Ergo aut supernat aut peccatum.

R. Deus operatur in nobis atque nobiscum etiam bona naturalia
Vel concilium intelligit bona esse salutaria, supernaturalia.

4. Mt 22 37 Diliges Dm Deum tuum...

Atqui hoc praeceptum est generale attingens omnia opera humana
Neque impletur per solam intrinsecam relationem operis ad finem
ultimum iuiae operi inest ex ipsa natura rei.

R. Est generale attingens omne opus dist negative ita ut homo
numquam contra legem Dei vel lesem caritatis a licite agat, C;
positive, sub-dist finaliter "finis praecepti est caritas", C;
effective, ut homo debeat agere ex motivo caritatis, sub-sub-dist.
ali quando, C, semper N. DB 818 de bonitate attributionis.

5. 1 Cor 10 31 "Sive manducatis sive bibitis, sive aliud quidr acitis,
omnia in gloriam Dei facite.

Saltem ergo virtualiter debet omne orus in gloriam Dei fieri.

R. Multi dicunt agi non de praecepto sed de consilio

In h. 1. St Thomas dicit agi de praecepto, unde distinguendum.

Praeceptum negativum, C; positivum, sub-dist. referendi habitualiter,
C, actualiter vel virtualiter, N.

6. Atqui St Thom dicit agi de opere virtualiter ordinato in fin ult.
De Carit a 11 ad 2m.

R. Ex ipso contextu apparet agi de virtuali ordinatione finis
operis, non de virtuali intentione operantis.

"Virtualiter" i.e. causaliter cognoscitur intelligendo; quo quis
est intelligentior, eo latius patet "virtualiter". Mens de quid sit
"virtualiter" in concreto non eadem apud StT et Cajetanum et, alia ex
parte, auctores minores.

7. Actus non directus in finem ultimum est malus. Actus factus ~~im~~
sine gratia non ordinatur in finem supernatu alem qui de facto est
finis vitae humanae. Ergo.

R. Est actus defectivus; est peccatum formale analogicum (voluntarium
voluntate Adami). C. Est peccatum formale personale in omni casu
et sine ulla umquam excusatione, N.

Impotentia moralis.

Lennerz p 226 ss.

SScr. docet homini, etiam iustificato, subeundam esse gravem pugnam adversus inimicos salutis sue, in qua pugna homo superare non potest sine auxilio divino;

SScr. docet homini etiam iustificato esse semper orandum ne temptationi cedat; ita

Eph Sscr. docet homines sine gratia Xti esse venumdatos sub peccato.

Ita

Eph. 6, 10 ss.

1 Petr 5, 8 s. "Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus Matthe. 6, 13 "Et ne nos inducas in temptationem"

Mathe. 26, 41 "Vigilate et orate ne intretis in temptationem.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma" Cf Negatio Petri.

Tit 3, 3 status praevius christianorum

Rom 2, 21-23 status iudeorum

Rom 1, 18-32 status gentilium

Rom. 7, 14-25 infelix ego homo

Unde argumentum.

Homo sine auxilio gratiae non potest diu observare totam legem naturalem quoad substantiam

a si sine gratia omnes homines in peccatis personalibus gravibus sunt detenti

b si etiam iustus debet gravem pugnam sustinere et semper orare ne temptationi cedat

At ui ita est scdm Sscr. Ergo.

PP: R (ser 315): 548 1191 1210 1263 1404 1406 1592 1718 2201

TT convenient, praeter brevem obscurationem apud STh (2 d 28 q 1 a 2) et frote etiam alios (certo Albertum, non apud Bonaventuram)

Melior aut conditio ^{reparationis} habet quam ^{vicinior} ^{leposi} ^{quod sub.}
At ut contra quidem potest tam legem, tamen diu sine gratia
Rm: Rom 7, 5, 6 Eph 2¹⁻¹⁰ Tit 3¹⁻⁷ cf. Rom # 1¹⁸⁻³² 2¹⁻²⁹
Min: Mt 26⁴¹ gratia :: oratio
lex quod sub. :: veritas "rescis humanum"
cf. 1 Petr 5⁸ Eph 6¹⁰⁻¹⁴ Mt 6¹³

De impotentia dicta morali.

Lege p 93 & 154 Negat viator iustitiam auctoritatem
Grata p 276 & 218 Negat gratiacionem auxiliis ut iustitia
gratiae
admitit accidentalem iug. dicit
ne proposito ponitur vel latet
negativa.

1. Problema est reconciliare libertatem humanam cum necessitate gratiae ad recte agendum. Sicut theorema de supernaturalitate gratiae explicat necessitatem gratiae ad salutariter vel meritorie agendum, ita aliud theorema requiritur ut intelligatur necessitas gratiae non qua elevantis sed qua sanantis et dirigentis et adiuvantis hominem ut recte agat.

2. Problema tripliciter occurrit: relate ad iniustos ut per tempus notabile omnia mortalia evitent; relate ad iustos ut in accepta iustitia perseverent; et iterum relate ad iustos ut omnia venialia evitent.

In his tribus casibus idem est problema: in singulis actibus homo est vere liber; vere potest recte agere sine gratiae adiutorio vel quolibet vel speciali vel specialissimo; et tamen in omnibus actibus sine gratiae auxilio non potest recte agere sed in hoc vel in illo certo deficiet.

Quemadmodum vero fieri potest ut idem homo in iisdem actibus et vere possit et vere non possit recte agere, ut in singulis vere possit et tamen in tota serie vere non possit.

3. Ad huius rei intelligentiam considerandum est existentiam et naturam et necessitatem habituum et dispositionum.

Homo elicit actum formaliter liberum in quantum aliquid medium intellectu pratico consiliatum vel eligit vel non eligit. Quamdiu potest consiliari et sive eligere sive non eligere consiliatum, tamdiu manet vere liber.

Sed fere omnia quae facimus, secundum dispositiones et habitus facimus. Singulae consilia non incipiunt ~~cum~~ ab ipsis primis principiis, a quodam "cogito ergo sum," sed ex habitualiter notis vel suppositis, ex veritatis et erroribus iam ante acceptis procedunt. Pariter in ipsa voluntate non nova in nobis creatur voluntas perfecte indifferens ad singulos actus elicendos; in ipsa enim voluntate ex actibus antecessis manent dispositiones et bonae et mali, manent habitus operativi virtuosi et vitiosi; antequam volumus actu secundo, iam volebamus actu primo; antequam actu secundo eligimus, iam actu primo elegimus.

Haec habitualis orientatio et partis sensitivae et intellectus et ipsius voluntatis non auferit nostram libertatem. Non necessario agimus ex habitu cum in singulis actibus perpensis rei motivis contrahabitum agere possimus. Prompte, facile, delectabiliter secundum habitum vel dispositionem agimus. Tarde, difficile, laboriose contra habitum vel dispositionem agimus. At in nullo casu adeo magna est tarditas, difficultas, laboriositas ut contra habitum agere non possimus.

Attamen quamvis habitus non nos necessitant, quamvis ad unum non nos determinent, ~~tamen~~ nihilominus habitus sunt necessarii ad vitam humanam. Non possumus semper reflecti, semper de singulis actibus consiliari, semper veritates supernaturales actu meminisse. Eiusmodi non est nostra natura. Quodsi quis ita continuo reflecti et consiliari contendit, non sapientiam et virtutem sed mentis et corporis insanitatem acquireret. Naturam expellere furca tamen usque recurret. Et quo violentior contra naturam sit est nisus, est eo peior solet esse ipsa reactio naturalis.

4. His igitur perspectis, natura impotentiae moralis perspici potest.

In actu primo consistit impotentia moralis in defectu habituum et dispositionum. Si in quolibet actu ~~homo~~ posset homo prompte et faciliter et delectabiliter bonum velle et perficere, nulla esset impotentia moralis. Sed adeo perfectos habitus dispositionesque homo non possidet. Quod in actu primo deest, per actus secundos reflectionis, considerationis, conatus, nisus supplendum est. Et quamvis in singulis actibus ita ~~suppriexpe~~ctas suppleri possit, tamen in omnibus actibus ita suppleri non potest.

~~In actu secundo consistit impotentia moralis in eo quod~~,
~~homo hanc suam impotentiam sive clare et distincte sive obscure~~
~~et confuse agnoscit eique consentit. Impotentia enim moralis~~
~~ideo moralis est quia per liberum arbitrium ei succumbitur.~~
~~Non enim moralis sed physica esset impotentia si homo adeo~~
~~conaretur bonum facere ut numquam malo libere consentiret~~
~~quamvis viribus fractis peccata materialia perficeret~~

^{DB 804}
In actu secundo impotentia moralis in eo consistit quod homo hanc suam impotentiam in actu primo sive clare et distincte sive obscure et confuse ~~at~~ agnoscit eique consentit. Perspicit enim conatus suos esse inutiles, non quidem in singulis actibus inutiles (nam in singulis actibus arcent peccatum), sed in genere inutiles (nam semper conari physice non potest). Neque errat homo in hac inutilitate agnoscenda. Error ~~in~~ agnoscenda ex falso supposito quod solis suis viribus agendum est. Error habetur ex eo quod auxilium divinum orare negligit. Error et peccatum habentur ex eo quod ~~ex-inutilitate-proprii-conatus-in-genere~~ genericā inutilitate proprii conatus perspecta specificam utilitatem et orationē necessitatem praetermittit et libere peccato consentit.

Quid ergo sit impotentia moralis. Est vera potentia, quae in actu primo est potentia physica ex defectu habituum et dispositionum convenientium, sed in actu secundo est impotentia moralis quia per liberum arbitrium errans et peccans in peccatum dicit.

5. Subiectum impotentiae moralis est triplex: iniustus relate ad observationem legis naturalis quoad substantiam; iustus relate ad perseverantiam in accepta iustitia; iustus relate ad evitanda omnia peccata venialia.

Iniustus est qui gratiam habitualem non possidet. Potest esse infidelis, haereticus, vel catholicus in statu peccati mortalis. Sed habitualiter aversatur a Deo fine suo ultimo. In singulis actibus contra hanc inclinationem aere potest reflectendo, considerando, nitendo. Sed in omnibus actibus ita aere non potest, quem primum vero secundum dispositionem habitualem agit, peccat et quidem in materia gravi, graviter peccat. Vide De Ver. q. 24, a. 12.

Iustus vero gratiam habitualem virtutesque infusas possidet. Eas possidet vario gradu perfectionis, ab infimo ad summam. Sed quantumvis sint perfectae, tamen non sunt principia tou semper bene operandi sed tantummodo tou in maiori parte bene operandi. Soli enim actui puro competit naturaliter ut numquam deficiat. Vide 1 d 39 q 2 a 2 ad 4m; De Ver q 27 a 5 ad 3m. Qui possidet bonos habitus, per se bene operatur; sed omnia quae eveniunt non sunt per se; quo maiora et numerosiora sunt impedimenta, eo facilius et frequentius evenit aliud aliquid per accidens.

Obicitur

1. Auxilium necessarium ut omnia mortalia vitentur non est donum gratuitum sed naturae debetur

Atqui auxilium quod in thesi dicitur gratia est necessarium ut omnia mortalia vitentur

Ergo auxilium de quo in thesi non est donum gratuitum sed naturae debetur.

R. Scdm communiorum sententiam.

Auxilium naturaliter necessarium ut vitentur non esset gratuitum, C; auxilium quod de facto conceditur non est gratuitum, N.
Conceditur minor

Auxilium quod tolleret pat^e physicam et moralem impotentiam non esset gratuitum, C; auxilium quod de facto conceditur, N.

^{Alqui} sedem fonte nullo modo debetur. Ergo nulla debetis Quod similiter omnes, similius non debetis

R. Scdm veriorem sententiam.

Deberetur naturae purae aliud auxilium, C; debetur naturae lapsae quae auxilium habuit et sua culpa amisisit, N

Haec sententia dicitur verior a quia peccatum originale vel personale est verum peccatum b quia peccatum non est titulus iustitiae ad nova iura c quia nescimus utrum omnia auxilia divina sint spntlia.

2. Hominem non posse non peccare repugnat. Aut enim liber est, et tunc potest non peccare. Aut liber non est, et tunc non potest formaliter peccare.

R. Hominem non posse physice non peccare repugnat, C; eum moraliter non posse non peccare, N.

Et explicetur quid sit moralis impotentia.

3. Non sufficit ad peccatum mortale ea libentes quam habet typotheta ad mitiendo omnia munda in comprehendendo magno volumine Ita hanc p93 II 154.

hsp. a Ad peccatum mortale sufficient: gravis materia, plena advertentia, hsp. b Ad peccatum mortale sufficient: gravis materia, plena advertentia, consensus plene liber. Alqui hinc aderunt in singulis casibus sedem theoriam obtinere.

b Negro patitam. Difficultas non est in ipso patitur autem sed in substantia dispositio voluntatis contra se dividit; unde ratio non obtinet auxilium typothetae, sed obtinet homini lapsus.

Thesis 7a.

Bleau.

1. Haec thesis ita potest intelligi ut idem prorsus dicat ac thesis antecedens. Scilicet quandocumque homo succumbit impotentiae morali et mortaliter peccat, adest gravis tentatio duplii gravitate, scil. quae superat eius vires morales et quae est ad peccatum grave.

Ita fere Lennerz et Lange, qui specialē thesin non ponunt.

2. Haec thesis aliquid potest addere super thesin antecedentem, nempe, omni homini occurtere de facto tentationes graves.

Ita P. Pesch §156 et in foliis.

Facile videtur cur Lennerz et Lange aliter rem proponunt.

Nam Deus sua providentia potest in aliquo casu ita aliquem hominem protegere ut ei tentationes graves non occurrant. Hoc admittitur a Lange §136, a Beraza §284 (p. 263) et refert ad Augustinum dicentem hoc ipsum quod homo non tentatur est ex adiutorio divino.

3. Beraza ponit thesin sic: Sine gratia homo non potest superare tentationem gravem.

Contra hunc modum, aucta Pesch §157: aut tentatio gravis est cui homini succumbit, et tunc thesis nihil addit praecedenti; aucta datur definitio quanta sit tentatio gravis, et tunc e fontibus revelationis probari non potest.

4. Vel thesis specialis et omnis mentio de temptationibus potest omitti, et sic facit Boyer.

5. Dico:

a inquantum thesis idem dicit quod antecedens est theol. certa.

b inquantum negat valorem orationis "ne nos inducas in temptationem" videtur falsa; id quod est verum est "aut occurunt temptationes graves (et haec est quod communiter occurrit) aut eorum absentia debetur speciali protectione divina"

c inquantum supponitur esse explicatio theseos antecedentis, parum valet; melius enim intelligitur thesis antecedens ex perspecta necessitate habituum et dispositionum, seu ex parte subjectiva, quam ex temptationibus occurrentibus, seu ex parte obiectiva. Necessitas habituum est veritas scientifice determinabilis; sed quid praecise sit tentatio gravis sine respectu ad hominem qui temptationem subit, haud dici potest modo obiectivo et universali

d inquantum dicit non solum peccatores sed etiam iustos tentari, tractatur ubi de perseverantia DB 832.

De gratuitate gratiae.

Gratia: donum gratis datum, indebitum
in primis negat rationem pretii, mercedis, commutationis
etiam deinde negat intentionem lucri, propriae utilitatis
tertio ad omne debitum metaphysicum, physicum, morale extenditur

Indebitum: id quod non debetur, non exigitur
naturae : natura non exigit

operibus: opera non exigunt

operibus qua meritoriis: (negative) nulla sunt merita
(contrarie) sunt demerita

operibus qua impetratoriis:

operibus qua dispositivis :

Meritum: opus bonum praemio dignum

aptitudinale (in actu primo): ipse valor operis; posse reputari dignum
actuale (in actu secundo): actu reputatur et acceptatur ut dignum praemic

de condigno: ex iustitia acceptatur ut praemio dignum

de congruo : ex benevolentia, aequitate, decentia, vel si promissio
intercesserat ex fidelitate acceptatur ut praemio dignum

acceptatio ex iustitia: si intercedit ratio aequalitatis inter
opus et praemium

acceptatio ex benevolentia, etc. : si alia ratio minor quam aequalitatis
intercedit inter opus et praemium

scil. per viventia membra

opera Xti et opera in Xto facta, habent meritum de condigno relate
ad praemia supernaturalia DB 809, 842

opera facta ex gratia ante iustificationem in ordine ad iustificationem
sat communiter reputantur ut meritoria de congruo; DB 801 excludit
tantummodo meritum de condigno (certum, Lange §199 fin)

opera mere naturalia nullum habent meritum supernaturale sive
actuale sive aptitudinale, sive de condigno sive de congruo

Impetratio: (efficax) manifestatio nostrae indigentiae et desiderii
apud Deum

NB In preciis adest praeter vim deprecativam etiam aliquod
meritum boni operis sive naturale sive supernaturale; etiam adesse
potest quidam valor satisfactorius (v.g. preces qua poenitentia).

In thesi considerantur preces, oratio, impetratio solummodo
scdm vim suam deprecativam

Dispositio (diathesis) qualitas primae speciei facile mobilis
in thesi minus generaliter sumitur prout est
{ in facto esse: aptitudo ad formam recipiendam
{ in fieri: productio aptitudinäs ad formam recipiendam
et dividitur maxime in pos et neg
{ positiva: qua subiectum vere aptatur formae
{ negativa: qua removentur prohibentia ad talem aptitudinem
etiam dividitur in physicam et moralem
{ physica: datur convenientia, aptitudo entiativa
{ moralis: datur convenientia, aptitudo ex parte intellectus
et voluntatis

De gratuitate gratiae.

Monitum: Ne supponatur Deum moveri per bona merita, per pias deprecationes, per aptitudinem subiecti physicam vel moralem. Deus enim infinite perfectus est absolute immobilis; non est in potentia ad actum quemlibet recipiendum ex actione creaturarum.

Unde distingue: Deus non vult hoc quia vult illud, sed vult hoc esse propter illud. Scil. in Deo non dantur multae volitiones quarum alia est propter aliam, nam entitative in Deo est una volitio tantum quae est eius essentia; sed a Deo sunt multa obiecta volita et quidem qua inter se ordinata voluntur; sola multitudo est terminativa.

Vide I, 19, 5, c, fin.

In thesi agitur de ista ordinatione terminorum voluntatis divinae, nempe, utrum gratia homini concessa sit propter naturam hominis vel propter eius opera sive opera considerantur ut meritoria, ut deprecativa, ut dispositiva relate ad gratiam; et respondetur negative ad omnem partem quaestacionis.

Gratia non debetur ulli naturali exigentiae neque merito naturali hominis neque eius precibus naturibus neque dispositioni naturali positivae.

Gratia: illud adiutorium de quā cuius necessitate in thesibus precedentibus agitur praesertim de actibus salutaribus.

deberi: nulla iniustitia, nulla indecentia habetur si natura sine gratia relinquitur, si opera hominis bona gratiam neque mereri neque impetrare neque preparare possunt

De relatione theseos ad structuram tractatus.

Ubi de ente supernaturali, processimus in ordine compositionis a communicatione divinae naturae ad proprietatem supernaturalitatis tum ipsius communicationis tum actuum virtutum et ad potentiam nostram mere obediencialem ad hanc communicationem et ad hos actus.

Ubi nunc de gratia actuali, procedimus ab aliud in ordine resolutionis ab adiutorio quodam de quo SScr et PP et CC, tractantes de eius necessitate ad actus salutares, ad evitanda peccata, ad perseverandum, deinde de eius gratuitate, tertio de eius natura, quarto de eius efficacia, quinto de eius distributione.

Ubi in ordine compositionis tractavimus scdm conceptus analyticos scientificos (proportionis naturae, superans excedens hanc proportionem, intra proportionem iacens); ibi argumenta sunt sive ex veritatibus aliunde stabilitis (de ipso consortio) sive ex comparatione diversorum systematum (Baili, de obiecto formalis, de actu vitali, de desiderio beatitudinis, de concursu).

Ubi in ordine resolutionis, tractatur scdm conceptus vulgares de debito, exigentia, et arguitur ex SScr, PP, CC.

Confusionem mentis utique potest causare duplex processus
Sed hoc praesertim accidit apud ignoratos

Duplex processus multum adiuvat ad intelligentiam naturae scientiae theologicae; progressus theologiae est per duplācem motum a fontibus ad eorum intelligentiam et ordinationem, et iterum ab intelligentia et ordinatione ad inventionum novarum quaestionum et profundiorē fontium perscrutationem, inde ad perfectionem intelligentiam et ordinationem, etc.

Error Charlier (La méthode de la théologie ?) et Chenu (Le Saulchoir: Une école de théologie) quorum opera in Indicem sunt relata, in eo maxime est quod contra tendentiam quae viget et solo ordine resolutorio fere procedit reagunt, affirmant valorem motus oppositi, sed exaggerant et ridiculam dicunt motum **oppositum** solidum necessarium resolutionis

- a Pelagius et Caelestius asserebant "gratiam scdm merita dari"
- b Julianus et asseclae, post damnationem Pelagii in urbe Diospoli, docebant "in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, ut huius coepti meritum etiam perficiendi gratia consequatur"
Minus quam meritum de condigno asserere videntur.
- c Semi-pelagiani volebant aliquam saltem exiguum causam ex parte hominis cur huic et non illi gratia conferatur; unde ad initium fidei dicebant hominem imprimis debere implorare divinam clementiam.
- d Quaestio de dispositione sub influxu aristotelico ponebatur et pedetentim theologi ad exclusionem omnis naturalis dispositionis praeter negativam pervenerunt. Lange §214 p 158; §229, p 151
Periodo evolutionis notionis gratiae actualis, obscura erat quaestio; v.g. Alb Bon Thom in Sent.
Durandus et Occamistae dispositionem positivam eamque proximam defendebant.
- Saec XVI post concilia typis edita theologi negaverunt omnem dispositionem praeter negativam.
- e Gratiam non deberet naturae vel naturali exigentiae. Lange §260
a' Manichaei, Emanatistae, Pantheistae: quia natura spiritualis est divinum quid, ei debetur ut ad summam quamdam perfectionem atque beatitudinem divini ordinis pertingat.
- b' Beguardi et Beguinae: hominem hac in vita ad beatitudinem pervenire quae a caelestis gloria non differt; imo, quamlibet intellectuali naturam in se ipsa naturaliter esse beatam nec lumine gloriae indigere ad Deum videndum. DB 471 ss.
- c' Anselmus et priores scholastici qui nesciverunt distinctionem inter nat et supernat; incaute loquuntur; etiam postea ei qui de nat desid beatitudinis incaute loquuntur
- d' Lutherus: status Adami ei erat naturalis; iustitia eius non erat donum superadditum.
Protestantes habent iustitiam originalem tamquam constitutivum vel saltem consecutivum naturae
- e' Baius: sine donis gratiae homo est in statu tam misero et violento ut haec dona ab eius natura exigantur
- f' Iansenius: unicus est finis hominis eique naturalis, nempe, beatitudo caelestis
- g' Augustinenses: finis homini ~~per~~ naturalis scdm inclinationem et appetitum est visio Dei; scdm potentiam absolutam Deus potest denegare homini dona gratiae; sed scdm potentiam suam ordinatam ex decentia creatoris sive ex lege iustissimae providentiae Deus debet dare dona excedentia ordinem naturae
- h' Semirationalistae catholici: saec XVIII Ben. Statler; saec XIX, Hermes et Günther, minore gradu etiam Hirscher et Kuhn.
Negant vel negligunt consortium fieri per donum simpliciter spnt; vix distinguunt actus nat honestos et actus salutares

De gratuitate gratiae. Continuantur adversarii.

i' Multi moderni theologi russi: Macarius Bulgakov, Silvester Malakanski, P. J. Svetlov

Quidquid ab initio, naturale; gratiam, quidquid a Deo provisore provenit; supernaturale nihil praeter miracula et gratiam Redemptoris

k' Durandus et Maior (John Mayr ob 1540) putaverunt creabilem esse substantiam adeo perfectam ut visio Dei sit ei connaturalis
Molina hanc sententiam non improbabilem reputabat sed iudicium definitivum proferre noluit

Ripalda duas theses statuit: ex auctoritate, neganda est possiblitas eiusmodi creaturae; quae tamen actoritas non tanta est ut sine temeritate sententia opposita defendi libere possit

non
contra
Avicen

De gratuitate gratiae. Qualificatio.

Quoad meritum.

a "gratiam Dei scdm merita nostra dari" est ipsa haeresis Pelagiana

b Adversus semipelagianos definitum est gratiam praecedere omne prorsus vel minimum meritum nostrum; nullum meritum nostrum posse admitti quasi determinans collationem gratiae.

DB 134, 135, 141, 176, 177, 179, 180, 181, 187, 191, 200

c Quod renovat Tridentinum

DB 797 "exordium... ab eius vocatione qua nullis eorum existentibus meritis vocantur"

DB 801 "nihil eorum quae iustificationem praecedunt sive fides sive opera ipsam iustificationis gratiam promeretur"

Unde quoad actuale meritum de condigno: certissime de fide definita quoad quodlibet meritum: videtur historice constare PP voluisse omne meritum excludere, v.g. enum. ratio DB 179; unde etiam quoad meritum de congruo est de fide definta, satem theol-certa.

Quoad impetratorem

a Verum est PP Araus non distinxisse inter rationem meriti et rationem deprecativam

b Videtur vero purum effugium eos admississe Deum conferre gratiam propter nostras deprecationes.

c Ex DB 179, 180, ~~XIX~~ thesis saltem est theologice certa.

Quoad dispositiones positivas.

a Araus. excludit omnes actus qui disponunt, DB 179 180

b Similiter Trid. DB 799, 813

c Ideoque theol. certa

Quoad indebitum naturae.

a Aliqua indebita elevatio supra naturam humannam, Prox fidei, definibilis

a' Ex damnatione Baii, Iansenii, Quesnelli, Syn. Pistoriensis

b' Ex damnatione semirationalismi, DB 1669, 1671, 1673

c' Ex dictis Vaticiani, DB 1786 (cf 1808, 1785), 1796 (verum et bonum divin

b Indebita elevatio supra naturam angelicam, theol. certa.

c Sententiae Augustinensium et Ripaldae nullam solidam probabilitatem habent.

Argumenta specialia.

1. Dona et adiutoria gratiae non solum gratuita sed et supernaturalia sunt.

a Ex filiatione adoptiva, imo regeneratione. Saepissime, vide deGhabit
Gratuita conceduntur iura quae solis filiis naturalibus
debentur. Non ergo agitur de restituzione iurium deperditorum,
ac si naturaliter essemus filii Dei.

b Ex haereditate regni caelorum. Agitur de vero iure: de grat habit
Apoc 3 21: Dabo ei sedere mecum in throno meo sicut et ego...
sed i in cum Patre meo in throno eius
Eiusmodi ius naturale est nulli creaturae.

c Ex consortio divinae naturae. 2 Petr 1 4
Non habetur tale consortium sine communicatione bonorum ordinis
divini.

d Inchoatio gloriae: ie non solum in vita futura.

Arrabwv: Eph 1 14: est pars pretii soluta in fidem totius

aparkhn: Rom 8 23: initium Spiritus habemus

Rom 8: 15 23 accepimus pneuma uiothesias sed consummationem expectamus
vita aeterna: est donum iam collatum Io 3 36 cf 1 Io 2 25; Io 17 2s
caritas nunc manet et numquam excidit: 1 Cor 13: 13 8

phws: attributum quoddam divinum (1 Io 1: 5 7; 1 Tim 6 16) participatur
ab hominibus per Xtum (Io 1 4ss; 8 10) tum per gratiam (Col 1 12;
Eph 5 8) tum per gloriam (Apoc 21 23s; 22 5)

e Ad honestatem naturalem gratia requiritur ut ad facilius posse;
sed ut operemur sicut oportet requiritur gratia ad simpliciter posse.
Ergo "sicut oportet" dicit honestatem supernaturalem.

2. Natura inferior non potest exigere elevationem ad ordinem
superiorem: secus nulla posset exsistere natura inferior sine
iniquitate Dei

3. Natura inferior non potest mereri elevationem ad ord. sup.

a de condigno: nam ita est ex iustitia, aequalitate inter opus et
praemium; sed non habetur aequalitas inter opus inferioris ordinis
et praemium superioris ordinis.

b de congruo: aliqualis non aequalitas sed proportionalitas habetur
inter opera salutaria ante iustificationem et ipsam iustificationem;
congruit ut Deus perficiat opus incoepum. Sed homo in puris
naturalibus ad talem congruitatem non pervenire potest.

4. Natura inferior non potest deprecari elevationem ad ord. sup.

Ut enim precatio sit exaudita, debet esse rationabilis. Ut
sit rationabilis, debet fundari sive in congruitate potentis (quae
non existit) sive in intentione concedentis (quae sine fide ignoratur).

5. Natura inferior non potest se disponere ad naturae elevationem.

Non ut causa principalis. nam non est proportionata: nec inst... quia grat

De gratuitate gratiae.

1. Gratia non debetur naturae. scdm naturam
Qui natura sunt filii irae, iis/non debetur gratia sed punitio.
Atqui omnes sumus filii irae. Ergo..
maior: Rom 9 23 "vasa irae apta in interitum"
minor: Eph 2 3 "eramus natura filii irae sicut et caeteri"
Rom 5 12 "in quo (Adamo) omnes peccaverunt"
praxis Ecclesiae baptizandi infantes in veram peccatorum remissione /m

2. Gratia non debetur operibus.

Rom 11 6: "Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia
iam non est gratia" Cf Rom 4 4s ubi gratia opponit debitum operib
2 Tim 1 9: Deus nos "vocavit vocatione sua sancta, non scdm opera
nostra, sed scdm propositum suum et gratiam."
Tit 3 4 s: "non ex operibus iustitiae quae fecimus nos sed scdm
suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis"
Eph 2 8 : "Gratia enim salvati estis per fidem, et hoc non ex vobis:
Dei enim donum est, non exoperibus, ut nequis gloriatur."

3. Gratia nullo modo debetur.

Quod est opus caritatis, misericordiae, liberalitatis, non
est debitum ullo modo. Atqui... Ergo...
Rom 5 8: "Commendat autem caritatem suam Deus in nobis quoniam,
cum adhuc peccatores essemus,... Xpus pro nobis mortuus est."
Eph 2 4s: "Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam
caritatem suam qua dilexit nos, et cum essemus mortui
peccatis, convivificavit nos in Xto...."

Rom 9 16: "Igitur non volentis neque currentis sed miserentis est Dei"
Rom 3 13 "In gratia gratis per gratiam ipsius per redempcionem your et in Xto Iesu .

4. Cum praecedentia directe sunt contra debitum naturae, meritum
de condigno, et meritum de congruo, speciatim circa debitum precibus
et debitum dispositionibus agitur.

Si gratia Dei precibus et dispositionibus nostris deberetur,
his precibus et dispositionibus praeveniretur.

Atqui non praevenitur. Ergo non debetur.
maior: prior enim est causa quam effectus
minor: initium salutis non est a nobis sed ex gratia.

5. Speciatim circa deprecationes.

Si gratia precibus debetur, possumus orare sicut oportet
antequam gratiam accipimus.

Atqui non possumus. Ergo non debetur.
maior: causa est prior quam effectus
minor: Rom 8 26, "quid oremus si dicit oportet nescimus"

Obicitur contra arg. SSer.

1. Non videtur excludi "debitum naturae" nam S. Paulus loquitur de peccatoribus.

R. Non excluditur debitum naturae nostrae lapsae, N; non excluditur debitum naturae purae et pure hypotheticae transeat.

Thesis non agit de supernaturalitate sed de gratuitate gratiae.

2. S. Paulus excludit tt meritorum de condigno.

R. S. Paulus praecipue excludit meritorum de condigno, c.

S. Paulus non clare excludit omnem causalitatem ex parte hominis sive meritorum de congruo sive impetrationem sive dispositionem, N
"Non volentis neque currentis sed miserentis est Dei" Rom 9 16
"Non ex operibus ut nequis glorietur" Eph 2 9
"Cum adhuc peccatores essemus" Rom 5 8
"Sufficientia nostra ex Deo est" 2 Cor 3 5

3. S. Paulus adeo non excludit fidem ut fidem faciat causam nostrae iustificationis. Rom 3 28; 3 30; 4 3ss; 4 17-25; 9 30-32; Gal 2 16ss; 3:

R. Ita ut ipsa fides ex nobis sit, N; ex Deo sit, C /8 24 28/
Eph 2 8s

Vocatio ad fidem est gratuita, cf sup 2 Tim 1 9 etiam Gal 1 16

4. S. Paulus intelligit opera non sensu generali sed restricto, scil. opera legis mosaicae.

R. S. Paulus praecipue arguit contra opera legis mosaicae, C; admisit alia opera humana esse meliora et efficaciora, N

Argumentum S. Pauli est a fortiori; si opera secundum legem divinam positivam non iustificant, nulla opera humana iustificant.

Praeterea, doctrina S. Pauli non solum est homines non mereri de condigno vel de congruo sed habere merita mala, non solum non se disponere sed se indispositos reddere; imo ne iusti quidem sciunt quemadmodum orare debeant "quid oremus sicut oportet nescimus" Rom 8 26.

5. Argumentum supponit falsum, nempe, Deum ulli gratiam denegare

R. Obiectio supponit falsum; non diximus Deum ulli denegare gratiam sed diximus Deum posse sine iniustitia aliis concedere et aliis dare/gratiam; et hoc saltem implicite Paulus ubi de pura misericordia Dei et (Rom 9 15) de libertate misericordiae Dei.

6. Argumentum saltem non excludit dispositionem naturalium physicorum.

R. Etiam excludit - si propter nostros dispositions physicos, potest

formidens glorificari - Neque iustificatur ex sola misericordia divina.

5 1;

negare/

Quid sit gratia actualis.

Nomen. Usque ad aetatem post-tridentinam gratia actualis ordinariae sub aliis nominibus occurrit. Vocari solet auxilium Dei moventis, motio gratuita, influentia specialis, etc. Ipsa res invenitur in S. Scr. et apud Patres prioresque scholasticos. Post introductum habitum sensu Aristotelico paulisper tota materia de gratia per solos habitus explicabatur. S. Thomas primus sat clare distingit inter habitus et motus. Nominales et Novatores recte rem non concipiebant. Tridentinum de re clare loquitur, nomen vero silet. Post tridentinum doctrina de gratia actuali ita evoluebatur ut aliquatenus gratiae habituales neglectae sint. Haec ex Lange, De Gratia, p. 357 s., §488 s.

Methodus. Diversi gressus huius inquisitionis sunt inter se distingendi et unius cuiusque finis clare concipiendus. Errores in methodo sunt principales qui adhuc hac in materia circumferuntur.

Primus est gressus colligere materiam: scil. determinare quid S. Scr., quid PP, quid CC. dixerint quod ad gratiam actualem spectant.

Secundus est gressus ordinare materiam collectam. Haec ordinatio est praeclarificans et fit per definitiones nominales. Ad hanc ordinacionem pertinent definitiones antiquitate ornatae, uti gratia excitans et adiuvans, operans et cooperans, praeveniens, comitans, et subsequens, etc.

Tertius est gressus colligere elementa essentialia quibus positis caetera omnia in materia collecta per se consequuntur.

Bene fit primus gressus si tota materia colligitur et nihil quod ~~est~~ per se spectat ad gratiam actualem ~~omittit~~ omittitur.

Bene fit secundus gressus si tot sunt definitiones nominales quot sunt differentiae in gratia actuali. Hic errari potest per excessum in quantum ponuntur definitiones distinctae circa eamdem rem; et errari potest per defectum in quantum eadem definitio res diversas includit.

Bene fit tertius gressus si omnia prorsus omnia sed maxima brevitate et claritate et simplicitate explicantur.

Errores in methodo principales sunt quod res absolvitur sine ulla methodo, quod tres gressus simul fiunt, quod fines uniuscuiusque gressus non clare concipiuntur, imo quod finis tertii gressus simpliciter negligitur. Eo quod SScr et PP et CC sunt fontes materiae ordinandae et intelligendae non sequitur, uti multi reputant, nihil esse ordinandum et multo magis nihil esse intelligendum. Scientia theologica quatenus scientia est intendit intelligentiam, prout definitur in Vaticano de munere rationis in materia fidei DB 1796. Qui actus intelligendi oritur ex materia collecta sed non inde demonstrari potest: demonstratio enim supponit actum intelligendi, scil. supponit definitiones essentiales propriae materiae, et concludit proprietates; hic agitur de definitione essentiali acquirenda, non de proprietate concludenda; ideoque methodus necessario est inductiva, ex collectione et ordinatione ad selectionem elementorum essentialium procedens.

Illustrationes intellectus.

1. Ps 12 4: Illumina oculos meos
Ps 17 29: Illumina tenebras meas
Ps 26 1: Dominus illuminatio (hebr "lux") mea
Ps 33 6: Accedite ad eum et illuminamini.

Eccli 2 10: Diligit e illum et illuminabuntur corda vestra

Lc 1 79: Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent

Io 1 9: Illuminat omnem hominem

Eph 1 17 s: ut Deus DNICi Pater gloriae det vobis spiritum
sapientiae et revelationis in agnitione eius; illuminatos
oculos cordis vertri, ut sciatis quae sit spes vocationis eius

2 Cor 4 6: Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse
illuxit in cordibus nostris ad illuminationem
scientiae claritatis Dei in facie Xti Jesu.
2. Ps 118 34: Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam et custodiam
illam in toto corde meo

Job 32 8: Inspiratio (pvon) Omnipotentis dat intelligentiam

Eccli 4 12: Sapientia filios suos vitam inspirat (Hebr: filies
docet; LXX exaltat)

Mt 11 25; 16 17: Pater ~~maxime~~ revelat

Io 6 45; I Io 2, 20.27: Deus docet

Act 16 14: aperit cor intendere

2 Cor 3 5: dat sufficientiam cogitandi

RJ ser 325: 430 704 1483 1485 1720 1722 1724 1852 1853 2034 2091 2276

Inspiraciones voluntatis

Inspirantur boni affectus quibus homo iuvatur ad bona opera

Gal 5 22: gaudium Rom 14 17

Sap 12 1: suavitatem Ps 33 9

1 Pet 2 3: dulcedo

1 Io 4 7: dilectio

2 Tim 1 7: dilectio

Is 11 3: timor Domini Ps 118 38.120

Act 6 8: fortitudo

Ps 118 32: Viam mandatorum cucurri cum dilatasti cor meum

Ps 118 103: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel et
favum ori meo

RJ ser 326: 53 430 548 1159 1458 1485 1568 1572 1576 1720 1722
1724 1736 1821 1822 1852 1853 1955 2035 2091

Illuminatio intellectus et inspiratio voluntatis

DB 104: "revelatur et aperitur intelligentia mandatorum....
"praestari ut... facere diligamus et valeamus....
"utrumque est donum Dei et scire quid facere debeamus
et diligere ut faciamus...." Cf DB 200 ante med "Hoc enim salubriter..."
Citantur Ps 93 10 "qui docet hominem scientiam"
I Io 4 7 "charitas ex Deo est"
Arguitur ex 1 Cor 8 1: "scientia inflat, charitas vero aedificat"

DB 135: "Quod ita Deus in cordibus hominum et in ipso libero
operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, plenum consilium
omnisque motus bonae voluntatis ex Deo sit...."
Citantur Io 15 5; Eph 6 12; Rom 7 24 ss; 1 Cor 15 10

DB 105, 138, 812: ad simpliciter posse.

DB 134: "... quia 'praeparatur voluntas a Domino' (Prov 8 35LXX)
et ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum
ipse tangit corda fidalium. 'Quotquot enim spiritu Dei aguntur,
hi filii Dei sunt' (Rom 8 14); ut nec nostrum deesse sentiamus
arbitrium, et in bonis quibusque voluntatis humanae singulis
motibus magis illius valere non dubitemus auxilium"

DB 141: "Quo utique auxilio et munere Dei non aufertur liberum
arbitrium sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de
pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum." Cf 181, 317

DB 177: "... ut etiam purgari velimus per sancti Spiritus
infusionem et operationem in nos..."

DB 178: "initium fidei ipsumque credulitatis affectum...
per gratiae donum... non nobis naturaliter inesse...."

DB 179: "... ut credamus, velimus, vel haec omnia sicut oportet
agere valeamus, per infusionem et inspirationem sancti
Spiritus in nobis fieri...."
"ut obedientes et humiles simus, ipsius gratiae donum..."

DB 180: opus salutare non "absque illuminatione et inspiratione
Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo
et credendo veritati..."

DB 181: "... non aliquos sed neminem ad se posse venire testatur,
nisi quem Pater attraxerit (Io 6 44)" et citantur Mt 16 17;
et 1 Cor 12 3 "Nemo potest dicere Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto."

DB 797 (inspiratio voluntatis) 1521 (non sola caritas) 1791 (illum int)

N.B. Quae directe contra Pelagianos definiuntur explicari non
possunt per donum naturae, per donum libertatis, per donum
externae revelationis, tamquam ex Deo sed mediante natura, libertate,
revelatione nobis dantur dona sciendi et diligendi.

Gratia actualis interna est inspiratio divina immediate in ipsa voluntate recepta.

1. Phil 2 12s: Deus operatur ipsum velle, ipsum perficere. Ez 36 26s
2. Non mediante illuminatione intellectus: scientia inflat, caritas aedificat. DB 104.
3. Neque per solam infusam virtutem in voluntate receptam.
 - a Erant iusti inter Philippenses, qui tamen cum metu et tremore debebant suam salutem operari.
 - b Gratia habitualis non est causa efficiens ipsius actus secundi; si per solam infusionem gratiae habitualis, Deus non operaretur ipsum velle.
4. DB 134 fin; 135 init; 177-181
5. Aug R 1941 s.
6. I-II 111 2 c: voluntas mota et non movens; mota et movens.

De natura gratiae actualis. Investigatio empirica. Notae: Bleau p 73

1. Est illuminatio intellectus.

- a Textus multi circa illuminationem.
b In quibus iustus orat ut illuminetur; ergo gratia actualis.

2. Est illuminatio ex operatione Dei in partem apprehensivam et non sola providentia externa praesentans obiecta.

- a Continetur in variis textibus: Eph 1 17; 2 Cor 4 6; Ps 118 34
b Est significatio "illuminationis": lumen enim est id sub quo videtur et non id quod videtur.

3. Est inspiratio voluntatis.

- a Textus multi circa operationem Dei in voluntatem
b Etiam circa iustos, et ideo gratia actualis.

4. Est inspiratio ex operatione Dei in ipsa voluntate et non solum ex providentiali obiecti presentatione, etiam obiecti illuminationi.

- a Ex transmutatione cordis
Ezech. 36, 26: "Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri; et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum"

Ubi "cor lapideum" est voluntas mala; et "cor carneum" est voluntas bona; nam statim additur "faciam ut in praceptis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et operemini" ibid. v. 27.

Neque agitur tantum de gratia habituali sed etiam de gratia actuali sine qua etiam speciali iustus diu perseverare non potest.

- b Scientia inflat, caritas aedificat.
Fit argumentum conc. Garth. DB 104

CC: DB 134 135 141 179 180 181

PP: R (ser): 325, 326 R 1941, 1942

3-1 q III a 2 c "volumen vita et numerus"

Inspiratio gratiae in voluntatem est immediate a Deo.

Phil 2, 12s

a Non excluduntur iusti: ergo Deus operatur velle et perficere in ipsis iustis

b

Gratia excitans (vocans) et adiuvans.

1. "Verbum excitandi in Scriptura non occurrit de gratia interna usurpatum.... Similem sensum in Scriptura habent verba: vocare, invitare, pulsare." Ita Lange, p. 387, §511.
Citat 2 Petr 1, 13 et 3, 1; Eph 5 14; 2 Tim 1, 6

2. Saepe in Psalmis dicitur Deus adiuvans sive auxilians. Praeterea
Hebr 4 16: bonitia
Act 26 22: epikouria
Rom 8 26 : Spiritus adiuvat (sumantilambavetai) infirmitatem nostram

3. Aug, de pecc mēt et remiss, 2 18 31: "Quod vero ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante atque adiuvante non possumus."

4. Bernardus, saepe citatus a schol., De grat et lib arb, 13 42; 14 47
ML 182: 1024 1026
"(liberi arbitrii) conatus ad bonum et cassi sunt, si a gratia non adiuventur, et nulli, si non excitentur"
"ipsa (gratia) excitat liberum arbitrium, cum seminat cogitatum; sanat, cum immutat affectum; roborat, ut perducat ad actum; servat, ne sentiat defectum."

5. Trid. et Vatic.
DB 797: "per eius excitantem atque adiuvantem gratiam"
DB 798: "excitati divina gratia et adiuti"
DB 1794: "Deus errantes gratia sua excitat atque adiuvat"

6. Multum in hac divisione insistunt Molinistae. V.g. Suarez De Auxiliis Gratiae, lib 3, cap 2 - 19 (Vives 1857 Paris, VIII 9-88)
probat existentiam gratiae excitantis et adiuvantis et statim ad eius naturam determinandam procedit. Post hanc naturam determinatam reducit gratiam operantem et cooperantem (cap 20-22) et gratiam operantem, comitantem, subsequentem (cap 23-24) ad gratiam excitantem et adiuvantem.

Gratia operans et cooperans.

Phil 2 13: ipse enim operatur in vobis et velle et perficere

Rom 8 15: quicumque spiritu Dei aguntur, iissunt filii Dei.

Mc 16 22: Praedicaverunt ubique Domino cooperante

Iac 2 22: Fides cooperabatur operibus Abrahae.

DB 193: "Multus Deus facit in homine bona, quae non facit homo;
nulla vero facit homo bona, quae non Deus praestat ut
faciat homo."

Aug., De grat et lib arb, R 1942.

Theodoretus, R 2163, gratia cooperatrix fidei

Bernardus, vide grat excit

Aquin, I-II, lll, 2: mota et non movens; mota et movens.

Molinistae distinguunt: "in nobis sine nobis" sine nobis libere
consentientibus, C, sine nobis vitaliter elicientibus, N.

Banneziani intelligunt de praemotio physica.

Nos intelligimus de illuminatione fidei et de volitione finis spntlis.

Magis generalia quam illuminatio intellectus et inspiratio voluntatis

Apoc 3 20: Ecce sto ad ostium et pulso: si uis audierit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, et caenabo cum illo, et ipse mecum.

Eph 5 14: Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Xtus

2 Thess 2 16: qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam, et spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono.

Mt 2 17; Rom 8 30: Deus per gratiam vocat

Mt 22 3: invitat

Act 16 14: aperit cor

Ps 118 36; 3 Reg 8 58: inclinat cor

Ps 102 3: sanat omnes infirmates

Mt 11 28-30: reficit reddendo iugum suave et onus leve

Rom 8 26: adiuvat infirmitatem

Phil 4 13; 1 Tim 1 12: confortat

1 Petr 5 10: confirmat solidatque

Rom 8 15: Quicumque spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei

Gratia actualis respicit tum actus indeliberatos tum actus deliberatos.

actus indeliberatus: qui antevertit liberam electionem
deliberatus : qui est vel consequitur libera(m) electionem

Nota: certa et communis.

I. In SScr, CC, PP fit sermo de gratiis quae anteverunt nostram liberam electionem. Ergo eiusmodi gratiae existunt.

SScr: Apoc 3 20 pulsatio audienda
CC : DB 193 Deus praestat ut faciat homo
DB 797 admittere aut abicere
798 excitati, vocati (2 Tim 1 9)
PP : R ser: 327-329.

II. Etiam actus deliberati sunt gratiae actuales
Ex DB 190: charitas facit fortitudinem martyrum; atqui
ista charitas est actus deliberatus causans alium actum deliberatum
~~Unde+Quod-causat-aetum-deliberatum-supernaturalem-est-gratia~~

Quod transeunter adest et causat actum supernaturalem est
gratia actualis interna

Atqui actus deliberatus est internus, transeunter adest,
causat alios actus supernaturales.

Ergo etiam ipsa actus deliberati supernaturales habent
rationem gratiae actualis.

Mai: evidens

Min: DB 190 "charitas facit fortitudinem" si "charitas" intelligitur
actus transiens deliberatus, uti indelliigi debetur.

Posito actu libero in voluntate homo imperat alios actus
consequentes, eg intendo meditare, medito.

Gratia vires cum morales tum physicas confert ad salutariter agendum.

Gratia: donum gratuito homini collatum in ordine ad Deum uti in se est possidendum.

vires: quocumque respicit potentiam agendi sive simpliciter sive facilis.

vires morales: illud scire et velle quo homo inclinatur ad salutariter agendum.

vires physicas: illae perfectiones entitativae quibus homo est potens salutariter agendi.

utrum existat realis distinctio inter vires morales et vires physicas pendet a systemate: Banneziani ponunt vires physicas in praemotionibus physicis, vires morales in consequentibus actibus intellectus et voluntatis

agere salutariter: ponere actum qui dicit in salutem.

Nota:

confert vires morales: certa et communis

confert vires physicas: multo communior et probabilior. (*)

I. Confert vires morales.

Illa gratia confert vires morales quae facit ut sciamus et velimus. Atqui gratia actualis facit ut sciamus et velimus. Ergo.

Maior: evidens.

Minor: facit ut sciamus, nam est immediata intellectus illuminatio; et facit ut velimus, nam est immediata voluntatis inspiratio.

II. Confert vires physicas.

Illa gratia confert vires physicas sine qua non possumus scire et velle sicut oportet. Atqui sine gratia actuali non possumus scire et velle sicut oportet.

Maior: evidens

Minor: cf. theses de necessitate gratiae ante iustificationem; de necessitate gratiae actualis ordinariae et specialis post iustificationem.

(*) Suareziani docent gratiam excitantem dare quidem vires morales non autem physicas vires. Non tamen sunt contra thesin quia Deus concurrens ad actum deliberatum dat vires physicas quae Molinistae ponunt in ipsa gratia excitante.

Ad probationem P. Bleau. p. 92 s.

Ad primam partem: Deus movet intellectum et voluntatem.

- a) Secundum S. Thomam datur motio, motus, etc. Conc. totum.
- b) Secundum. totum.
- c) p. 93, alinea 3a.

Ab alio movetur et tamen ipse agit; ergo praemotio. Negatur suppositum
"Ab alio moveri" est recipere effectum ab causa efficiente.
"Ipse intelligit" "Ipse vult" non necessario dicunt causalem
efficientiam: intelligere enim est pati; velle finem efficitur
a motore extrinseco qui est Deus.

Ad secundam partem: motio Dei in creatura recepta est ens viale,
incompletum, est intentio, etc.

- a) Redeamus ad S. Thomam, I-II, q. 109-114, ubi motus motio saltem
centies et duodecies occurrit.

I-II, q. 109, a. 1, c: "Usus autem quilibet motum quemdam
importat, large accipiendo motum, secundum quod intelligere et
velle motus quidam esse dicuntur, ut patet per Philosophum in §82
III de An." (3 lect 12 §766; 2 lect 10 §356; 1 lect 10 §§157-62; lett 6 §

- b) Etiam patet per commentarios in Philosophum
motum proprie dictum esse de contrario in contrario; esse actum
imperfecti quia quamdiu ad terminum non pervenit, imperfectus est
actus; eiusmodi motum haberi in solis materialibus qua talibus;
motum animae uti sentire, intelligere, velle pertinere ad speciem
simpliciter aliam et proprie nominari operationem et esse actum
non imperfecti sed perfecti.

- c) Praeterea patet per sensum communem, si philosophiam Ar et
theologiam Aq ignoras, virtutem artis non esse simpliciter eamdem
ac motum in instrumento receptum; organum est instrumentum; possum
moveare claves; sed non possum dare virtutem artis, scil. non possum
debito tempore, debita successione diversas claves moveare.

- d) Quid sit intentio De Pot 3 7 7m "ut actualiter agat" invenies
ubi de fato, I, 116, 1-3.

- e) Quinam sit terminus istius motus fluentis in voluntate recepti?
Num iste motus pertingit ad terminum?
Num sit ipse terminus in fieri, vel causa efficeiens termini?